



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Pipini Regis Franciae Diploma Ecclesiae Vltraiectensi concessum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

quibus duo posteriora opida publicum hodi-  
eque habent exercitium Religionis Catholi-  
cæ.

In vrbe porrò Vltraiectina quinque sunt  
Canonicorum collegia, videlicet *S. Martini*,  
*S. Saluatoris*, *S. Petri*, *S. Ioannis Baptiste*, & *S.  
Mariæ*.

Est autem Vltraiectum, medij æui scrip-  
toribus Traiectum, Vetus Vrbs Batauorum  
ad Veterem Rheni alueum sita: in qua sedem  
Episcopalem cōstituit S. VVillibrordus, pri-  
mus Frisiorum (quo nomine & Bataui, Bra-  
banti, alijq; populi vicini tunc cōprehende-  
bantur) Archiepiscopus à Sergio Papa ordi-  
natus: vt in historia gentis Anglorum tradit  
Beda.

De illius Ecclesiæ origine ac progressu fu-  
sè tractant Ioánes Becanus & Guilielmus He-  
da in suis libris de Episcopis Vltraiectensibus.

PIPINI REGIS FRANCIAE DIPLO-  
ma Ecclesiæ Vltraiectensi concessum.

**P**ipinus Rex Francorum, Vir illuſtriſſ. Si petiti-  
onibus Sacerdotum in omnibus non negamus,  
dominum exinde retributorem habere confidimus. I-  
deoq; venerabilis vir Bonifacius Archiepiscopus ex-  
petiſt, vt confirmationem de rebus Ecclesiæ *S. Mar-  
tini*, quæ est constructa in vico, qui dicitur Traiecto  
super fluum Rheni, - eaq; quæ Pipinus de Harſtel  
donauit

donauit Sancto Martino, seu Carolus vel Carolo-  
mannus renouare vellemus. Ideoq; & quod Pippinus  
Rex Francorum ad casam Dei concessit, vel ad ipsum  
Episcopatum, vt omnem decimam de terris seu mā-  
cipijs, aut de telonijs vel negotijs, aut vnde cumque sunt non-  
à partibus fisci censu spectare videbatur, sicut dixi - nulla hic  
mus omnem decimam partem ad ipsam casam Dei S. <sup>obscuria-</sup>  
Martini, in qua Dominus Bonifacius Archiepiscopus <sup>ra, nihil</sup>  
cuestos præst, concessimus, vel confirmavimus, in lu- <sup>tamen</sup>  
minaribus, seu in stipendijs monachorum, vel Cano- <sup>re aust</sup>  
nicorum, qui ibidem Gentiles ad Christianitatem con- suimus  
uertunt, & dum misericordia ipsos, quos habent cō- immutat  
uersos, doceant, iuxta quod alij Christiani ipsorum <sup>re.</sup>  
Christianitatem conseruant, & in eorum præcepti-  
ones contineri videntur, quod antecessores nostri su-  
pradiicti Carolus & Carolomannus ad ipsam casam  
Dei per eorum instrumenta condonauerunt, & iuste  
ac rationaliter nos per nostram confirmationem &  
gratanti animo concessimus vel confirmamus, cogno-  
scite. Et vt hæc auctoritas confirmationis nostræ fir-  
mior habeatur, & per tempora melius conseretur,  
manus nostræ & signaculis subter eam decreuimus  
roborare. Signum Pippini glorioſi Regis Francorum,  
Vuiemarus recognoui & subscripsi, Datum quod fe-  
cit mense Maio die X X I I I. Anno I I. ipsius  
glorioſi Regis. Actum Virmeia palatio  
publico in Dei nomine feli-  
citer.